



**Chronologiæ Veteris Testamenti Accvratvm Examen
Augustiſimæ, Invictissimæq[ue] Domui Austriacæ
Dicatvm**

Philippi, Henricus

Coloniae Agrippinae, 1637

1. De ordine & annis regum Medorum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64340](#)

P.
H. Phil

Chron
vst: Tēs

17

NOTÆ ET QVÆST. CHRONOLOG.

IN LIBRVM IVDITH.

CAPVT I. v. i.

Arphaxad itaque rex Medorum subiugauerat multas gentes impetu.

QVÆSTIO I.

De ordine & annis regum Medorum.

Varia opini-
niones.



Anc quæstionem præmitto, vt cautius inquiram, quiniam ^historia, Arphaxad, de quo hic est sermo. De regibus autem Medorum annis quibus regnasse dicuntur, quadruplex habetur catalogus ex Herodoto quatuor tantum reges continent, secundus Chronicus, assentiente Diodoro nouem principes repræsentat; tertius octo, et apud Salianum ad an. m. 3345. & Petavius l. 9. c. 34. hoc modo.

Ex Herodoto.

1. Deioces regnauit annos 33
2. Phraortes 22
3. Cyaxares 40
4. Astyages 33

Hinc exurgunt anni

Ex Ctesia & Diodoro.

1. Arbaces 28
2. Mandauces 50
3. Sosarmus, siue Sesormenes 30
4. Articas siue Artycarmin. 50
5. Arbianes, qui & Cardiceas 21
6. Arsæs, siue Arcæus qui & Deioces 40
7. Artynes, qui & Phraortes 22
8. Artabanus qui & Astibaras, Cyaxares 40
9. Apandas, qui & Astyages. 40

Huic si tribuantur ex Herodoto anni
conuent in totum

Ex Eusebii Chronicō.

1. Arbaces 28
2. Sosarmus 30

3. Medidas 40
4. Cardiceas 13
5. Deioces 14

| | | | |
|--------------------|-----|------------------------------|----|
| 6. Phraortes | 24 | 3. Sosarmus | 30 |
| 7. Cyaxares | 32 | 4. Articas | 30 |
| 8. Astyages | 38 | 5. Deioces | 32 |
| Demma | 259 | 6. Aphradartes | 51 |
| E Graci excerptio. | | 7. Cyaxares | 32 |
| 1. Arbaces | 28 | 8. Astyages. Si ei dentur 35 | |
| 2. Mandauces | 20 | consurgens summa an. 258. | |

Cum autem suo loco probatum sit, Cyrum euerlo Astyage regnare coe- Quando
pis anno i. Olymp. 55. hoc est, ante Christi epocham 560. vel iuxta eam, quam singuli
probabilitatem existimò sententiam anno 559. facile est deducere ex Herodoti regnare
Historia, Deiocem apud Medos regnum adiisse anno ante Chr. circiter 209.
Pis anno 636. Cyaxarem 634. Astyagem 594. Ex sententia vero Ctesiae & Deiodoti, regnare cœperit Deioces anno ante Chr. ferè 696. Phraortes 636.

Ctesiae 634. Astyages 594. Ex Eusebij Chronico, initium principatus Deio-
cis incependum esset anno ante Chr. propè 707. Phraortis 633. Astyagis
57. EGrecis excerptis Deioces regnum iniijster anno ante Chr. 709. Phraortes
67. Cyaxares 626. Astyages 594.

Q V A E S T I O II.

Quis fuerit iste Arphaxad.

Non fuit Arbaces Medorum princeps, quicquid velit Cation. Nam ut Diodorus lib. 2. & alij tradunt, Arbaces vicit Sardanapalum, & Niniuen expugnauit: hic autem Arphaxad à Nabuchodonosore rege Assyriorum qui habitabat in Niniue, superatus est, Judith 1. v. 5. Arbaces ante Cyrum adeptus est principatum annis fere 317. ex Diodori & Ctesiae ratiocinijs, ex Eusebij & Gregorij Monachi circiter 258. multo autem tardius floruit Iuditha, & ipsi coenobii Eliacim summus sacerdos.

Non fuit
Arbaces

Non Deio-
ces.

Prob. x.

2. Hugo in hunc locum, & Bellarminus, tum in Chronologia, tum lib. 1. de verbo Dei, cap. 12, hunc Arphaxad Dioclem nominant, alij Deiocem Medorum regem, ut Petavius lib. 12. cap. 26. Salianus ad annum m. 3345. num 4. Hoc difficile est cum prophana historia conciliare: Deioces etenim si Herodoti & Exceptorum Graecorum rationibus credimus, principatum iniij anno ante Chr. 709. si Diodori & Ctesiae computum accipimus anno ante Christi epocham 696. Hoc autem modo Hugonis doctrina sibi non constat, dum hoc cap. lib. 1. ait Nabuchodonosorem illum, qui hunc Arphaxadum vicit, fuisse Cambysem, cum dubium non sit, quin Deiocem, ordine successerint, Phraortes, Cy-
xares, Astyages, Cyrus, Cambyses.

3. Ex eorum autem sensu, qui sibi Manasse Holofernem à Iuditha peremptū Prob. 2.

¶ 3

ad-

ippi

ologici
tamenti

V